


ENCICLOPEDIA
ENCICLOPEDIA
ENCICLOPEDIA

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reservada*

Número *251*



~~1.5.1955 part 2~~

S. n - 12-9

Res

854

TA134706

R 376182

C 1195867



COPIA SIVE

RATIO ACCEN-

tuum omnium fere dictionum

difficilium, tam linguæ latinæ, quam hebraicæ,
nonnullarumque græcarum. Sed præcipue

earum, quæ per sacras literas spargun-
tur fratris Francisci de Robles or-

dinis minorum, cum quibusdã

Orthographiæ regulis.

Nunc denuo accu-
rate castigata.

& aucta.


Per Ioannem Robles.

Berlinguæ.

Apud eundem Ioannem Robles canonicum.

Anno Domini. 1565.

Kalen. Decembris.



MONTESSORI A. R. T. T. T.

PRO-TECTORADO

Licencia.

DON Pedro Gasca por la gracia de Dios y de la santa yglesia de Roma Obispo y señor de Siguença del consejo de su Magestad. &c. Auiendo visto y examinado el presente tratado intitulado Copia, siue ratic accennuum, y atento que en el no a y cosa reprobada, ni repugnante a nuestra santa fe catholica, damos licencia para que se pueda imprimir sin pena alguna. Dada en la nuestra ciudad de Siguença a. xxiiij. de mayo. De 1564. años.

Eps. Segunt.

Por mandado de su señoria Illustrissima.

Bernardo Raçoso.

AD EXCELLENTIS- simum Dominum Enecum Fernan-

dez de Velasco Comestabilem, eundemque Ducem
de Frias, Comitem de Haro, atque Mar-
chionem de Berlanga. Ioannis Ro-
bles prologus.



Quod M vellem alicui Principi hoc hære-
tarium opus a me iam iterum instaura-
tum, & auctum dicare, vnde sibi aurâ
auspicaretur: ante omnes euestigio tua
occurrit excellentia, vt cui hæreditario
etiam iure, si quid sum, debeo. Vereor
tamen ne quis iniquus iudex clamitet,

Quid cani cum balneo? Quid commertij cum Apolline
Marti? Bellonæ cum musis? literis denique cum armis?
hæc amant tumultum, illæ otium. Primates magis dece-
re versari inter equos & arma, quam segnes euoluere li-
bros. Quos ego etsi facile cõfutare possem adagio Hispa-
no, scilicet, literæ non hebetant hastam, res aliter habet, lo-
gant historias isti. Cæsares nanque, a quibus cæteri impera-
tores gloriantur se Cæsares appellari, Iulius & Augustus
non minus dediti fuerunt literis, quam armis, & ætate no-
stra Carolus Imperator, eiusque filius Philippus, Rex
noster videant quanto honore suos in literis profecuti
sunt præceptores. Alter in sedem Apostolicam Adria-
num euexit, alter Ioannem Martinum. Siliceum archie-
piscopum Toletanum fecit, recte hic cadet. Neque plus
vltra. Te etiam tui parentes a teneris vnguiculis & latine,
& græce institui voluerunt, quem spero hac in re, vt in re-
liquis tuorum fore principum emulum, quem quanuis equi
armaque delectent: Camenæ non reformidant. Ex æquo
& armorû & librorum scrinia colis, ex æquo vtraque tractas.

Præfatio.

Bellona si præest rebus bellicis, vnde forte nomen traxit
vt plærisque placet. Iouis tamen e cerebro fabulantur poe-
tæ genitam, quippe quæ & ingenio, & literis studet. hinc
Minerua nuncupata, & artium, & omnium disciplinarum
dea habetur, licet ab officijs varia sortita sit nomina. Verū
tamen quæ bellona, hæc eadem forsā minerua est. Affi-
nitas ergo non minima est inter l'teras, & arma, quum
vtrisque vna dea faueat. Temere enim mouentur arma, si
literis non regantur. Valeant igitur, qui dissidium inter
Martem & Apollinem volunt. Verum mihi videor per-
fricuisse frontem, quum has tuæ excellentiæ nugas offero.
Satis dat, qui omnia quæ habet præstat, maiora præstatu-
rus, maiora si haberet, in sacro euangelio multo plus lauda-
tur a seruatore nostro I E S V, anicula offerens minuta,
quã diuites magnifica largientes munera tēplo. Et (vt Pli-
nius inquit) dijs lacte rustici, multæque gentes supplicant.
& mola falsa litant, qui non habent thura. Neque vili fuit
viro deos colere, quoquo modo posset. Cæterum ne ma-
ius sit quã vt deceat, pro corpore caput, receptui canamus.
Vale præstantissime princeps, & hilari fronte accipe li-
bellum tibi dicatum.

Ioannes

Ioannes Robles ad lectorem.



VM certus essem iam tertio hæc opuscula
Typographorum industriæ committere,
 præsertim cum tot mendis scaturient, im-
 primentium negligentia. Quæ qui se impre-
 sentia delere conabor, Et quia nulla super-
 sunt venalia. Sunt etiam aliqui (vt audio) sui emolumentum
 avidiores, quam proximi commodi, qui cedere parent vn-
 de hac in re quibusdam non parum incommodi accessurum
 timeo. Propterea volui huiusmodi præuenire conatibus.
 Tum etiam vt si quis forte antequam nos imprimi fecis-
 set, potius lucrum respiciens, quam legentium vtilitatem
 pro nostris aliena ne admittantur. Institui etiam aliqua de
 orthographia scribere (præter regulas traditas de hac eadẽ
 re, a fratre nostro Francisco de Robles, sermone hispano
 sperans aliquibus conducibilia fore. Sed ne congestum in
 vnum tomum vltra enchiridion cresceret opus, in duo di-
 uidemus, vt sic facilius manualia fiant. Alter de orthogra-
 phia tractans, cuius prima, ac proinde potissima debebat
 esse grammaticorum consideratio, alter de prosodia vter
 que plane multis modis vtilis, imo necessarius literarum
 studiosis. si necessaria dici debent, quæ si nescias, ab erudi-
 tis (non iniuria) habere rudis. Vnum hoc te amice rogo,
 si parum (vel potius nihil) hæc tibi nostra conduxerit op-
 pella, boni consulas, & indigentibus illa minime inuideas,
 nostrum (obsecro) accipe animum, qui is est (vt sæpe te-
 status sum) prodesse omnibus, si possem, sin minus, velle
 non omnia possumus omnes.

A iij

Frater

Prologus.

Frater Franciscus Robles ordinis mi-
norum Ioanni Robles canonico Berlanguensi.
germano suo charissimo. S. P. D.



VM non possem æquo animo ferre germa-
ne charissime insciciã multorum, qui se in
diuinis occupant laudibus, ac dei cultu pro-
pter quantitatis syllabarum ignorantia, quæ
sic eos afficit, vt omnino latinæ linguæ ha-
beantur expertes. Haud mediocriter charitati me inservi-
turum existimaui, si eis præsentĩ tractatu consularem, in
vnum cogēs syllabarium dictiones illas, quæ apud latinos
non nihil difficultatis in accentus ratione præ se ferunt.
Præsertim ecclesiasticorum quorundam causa, sermonem
latinum ignorantium. Tractatum alterum subnectens su-
per Bibliam, Breuiarium, Martyrologium, Missale, ac
baptisterium. Sed ne prosodiæ ipsius adepta scientia. ma-
le prolationis turpitudine dehonestari posset eorũ oratio,
regulas quasdam orthographiæ vernaculo sermone subie-
ci, vt ab ijs, qui latini eloquiij haberentur ignari intelligi,
vlla sine difficultate possent, quibusque ad recte scribendũ
impendio iuuarentur. Quod nostri est instituti, prout po-
tuimus huius laboris improbitate proximos iuimus, ex
eo tamen vtrum vel ad præsentem, vel etiam posteros vlla
sit vtilitas dimanatura, tu mi germane multo melius iudi-
caueris, quem nihil vtriusque linguæ siue grecæ siue lati-
næ latere potest, cum eas a prima (quod aiunt) pube publi-
ce sis professus. Tuum igitur erit hoc nostrum opus æqua
librare trutina idque (si luce dignum esse censueris) chalcog-
raphis tradere cudendum sin minus, veluti abortiuum
fœtum efferre. Vale.

Ioannes

IOANNES ROBLES, FRATRI

Francisco Robles, Franciscano, ac suo. S. D.



AVD credi potest, quantum gestiui, tuis & literis simul & opusculis de accentuum copia & orthographia acceptis, laudo sane mi frater lucubrationes tuas, sed multo maxime animum, statimque rem omnibus communem facerem, nisi vetuisset fraterni amoris affectus, idque metuens ne plus æquo nobis blandiretur opus, evestigio ad cæsareæ magestatis senatum misi, illiusq; bilance, iustaque trutina examinandum, vt si tale ipsis, quale & nobis esse videretur, cudentinm industriæ mandaremus, quo auspicius, feliciusque in publicum æderetur. Tandem neque spe frustratus sum, vt liquido patet censura æque doctissimorum atque nobilissimorum Polanci Carasqui atque Busti, quibus hæc cura priuatim ab ipsa Augusta commissa est, eis denique visum est (libellis vndiq; lynceis oculis ad viuum inspectis, & ad vnguem examinatis) e tenebris tam cõducibile opus in medium lucis prodiret, vt constat ex priuilegio cæsareo. Igitur cū vsque adeo emunctæ autoritatis viris grauisimis opus arriserit, nemo (vt arbitror) & si frontem perfricuerit, audebit ipsum caninis dentibus impetere. Itaque eosdem libellos prope diem noua forma comptos vniuersis dabimus, siquidem speramus & eruditis placituros, & imperitis satisfacturos.

V A L E. Berlangæ idibus Octobris. Anno. 1532.

Epigramma Ioannis Robles

AD LECTOREM.

Vesta prior veniat, veniant, qui mystica narrant.
Flexipedes hederæ, virgula laurus eant.
Compositus, fragrans, incedat lætus Apollo.
Horridulas tendat iam Deus ipse comas,
En frater Franciscus adest cognomine Robles.
Quos docet accentus, nempe Minerva probet.
Cum patruus natos fratris, probitate modestos
Vidissem squalidos, viscera rupit amor,
Iuuehor in patrem dicens, cur limine adultos.
Iamque diu clausos non finis ire foras?
Multa prius causans, nos religione vetamur
Mox ait, atque addit. Hoc opus ambi opem.
Hæc vbi dicta dedit, feci ad prætoria ferri
Nomen, & auspiciam sumeret inde liber.
Quid portet? quæris? brevis est censura tenorum.
Qua accentum doctus quilibet esse valet.
Continet vsus, & ars: quodcunque hæc pagina legit,
Hanc gestato sinu, ne videare rudis.
Vesta, idest. religio. Mystica narrant, idest. concionatores. Flexipedes. i. poetæ. Virgula. i. caduceatores, Eant. i. veniant. Accentum, pro accentuum. Legit præteriti est

5

Epigramma Bartholomæi Bustamãtij
Complutensis in laudem huius operis.

AD LECTOREM.

E Loquij, nouit Latij Tartesia normam.
In proprios redijt quando Nebriffa Lares
Grammaticos tradens canonas, quis cernere posses.
Quæ sint barbarici barbara dicta viri.
Syllaba quæque tamen, quo sit referenda tenore,
Plenius hoc nosces, quam dedit ille, libro.
Hunc si animo verses, iam iam sine cortice nabis.
Nulla docentis erunt tecta adeunda tibi,
Quem si quis toruo tentet suspendere naso,
Dignus erit certe, qui petat Anticyras.
Quod si authoris aues operis cognoscere nomen.
Frater Franciscus noueris esse Robles.
Cuius si pergas sanctos depingere mores.
Doctrinam, Reliquas siue dotes animi.
Hæc (inquam) breuibus cupias si ostendere chartis.
Haud dubium, cunctis quin habere leuis.
Non erit hoc hominis, sed quod Cephifidas vnum.
Scribere si properent, vincere possit opus.

Tartesia. i. Hispania. Cephifidas. i. Athenienses.

Annotatio tumultuaria.



COGITANTI mihi complures ex ijs, qui diuinis laudibus recitandis additi sunt, latinæ linguæ carere peritia, veluti sunt virgines cænobitæ, sacristæ plurimi, nōnulliq; viri ecclesiastici, visum est vtile, non minus quam necessarium esse, vernaculo (vt mox faciam) sermone accentus omnibus viam aperire, qua hoc accentuum opus intelligere, & sic eo gaudere, atque vti possent, ac si omnium grammaticorum regulas didicissent, & ne longū sit proœmium subsequens regula notanda est.

¶ **O**mnis dictio Latina vnicum accentū habere debet vel in penultima, vel in antepenultima, & non in vltima, (vbi polysyllaba est) nisi in qua terminatur interrogationis oratio. Quā dictionati m (vt ita dixerim) declaremus per id, quod ibi dicitur omnis dictio intelliges, quod hæc oratio, dixit dominus domino meo. Quatuor habet dictiones, dicitur latina, nam si græca. barbaræ sit, nō semper verum habet regula, vt inferius annotabimus: dicitur etiā vnicum accentum, scilicet acutum habere debet, quia licet pluriū sit dictio syllabarū, vt hierosolymitanus, vna tantum syllaba proferenda est accentu acuto, quo nulla carebit dictio, etiam monosyllaba, vt sūm. mé. cōr. &c. Dicitur denique nisi in qua terminatur interrogationis oratio, quia vltima syllaba interrogationis semper quodam modo acuitur, vt quis furor o ciues? quid taces? vnde apud latini eloquij nō omnino ignaros triplex error emergit. Primus, quod in dictionibus polysyllabis sine antepen. eleuatione omnes syllabæ æque, eodēque tenore proferūt. Secundus, quod eandem dictionem duplici accentu acuto pronuntiant. Tertius quod monosyllabas dictiones lenita & signi quadā voce, non acuta (vti par erat) proferūt: ad quorum intelligentiam aduertendum est, omnem dictionem tot habere syllabas, quot & vocales, nisi intersit diphtongus, vnde id, mos, mons, frons, scrobs. &c. monosyllabæ.

nosyllabæ sunt dictiones, cum earum quælibet unicâ tantum vocalem habeat, eademq; ratione, amo, lego, transfert, sunt disyllabæ, quòd binas. Alea, imago, dominus. trisyllabæ, cum ternas habeant itidem vocales: ex quo evenit, vt omnis dictio a vocalium numero denominationem sumat, siue monosyllaba, siue disyllaba, siue polysyllaba sit, a consonantium nûquam. Qualiter autem hæ quinque literæ. a. e. i. o. v. sint vocales, reliquæ vero consonantes, vbi de orthographia agitur, inuenies, in prima videlicet & secunda regula. Quod igitur pueri discentes legere, vocant partem, quando partes iungere dicuntur, grammatici syllabam appellitant, vniusque syllabæ dictionem, monosyllabam dicunt, duarum, disyllabam, trium vel plurium, polysyllabam. Quæ monosyllaba est, acute proferri debet, vt méns, fúm, cór, nón, idque valde seruandum est, præsertim quando in eam finitur oratio, vt dominus dixit ad mé. Ego fúm, & dixit, nón: quæ vero disyllaba fuerit, vt ámo, légo, depressa vltima, priorem exigit eleuari: nam cum quælibet dictio vnico accentu acuto proferenda sit, & accentus ille assignari non debeat super vltimam, si dictio sit disyllaba, liquido patet primam eleuandam esse: ex quo colligitur omnem assignandi accētus difficultatem, tantum in polysyllabis esse. Sit ergo regula de polysyllabis.

¶ **T**rium, aut plurium syllabarū dictiones semper vel in penultíma, vt amábam, vel in antepenultíma, vt dómínus accentum habere debent, & non in vltíma, aut in vlla ex præcentibus antepenultímam, modo sit dictio latinæ.

¶ **I**n qualibet autem dictione polysyllaba, tertia syllaba ab vltíma vocatur antepenultíma. Secūda penultíma, quæ veró dictionem terminat, vltíma. Verbi gratia, in hac dictione dominus. do, est antepenultíma. mi. penultíma. nus. veró vltíma. In hoc vocabulo hierosolymitanus
mi

Annotationum tumultuaria.

mi. est antepenultima. ta. penultima. nus. vltima. ad quarum dictionum (polysyllabarum inquam) accentum assignandum, tota huius nostri opusculi fuit opus industria. Cum aliter nisi optime quantitatis regulæ pernoscantur, indicari nequeat, vbi polysyllabæ dictiones accentum habituræ sint, in penultima scilicet, an in antepenultima. Ex dictis igitur possumus clarissime colligere omnes syllabas cuiusque dictionis, quæ vel præcedunt, vel sequuntur illam, quæ accentum habet prædominantem debere vniformiter atque vnifone & æqualiter pronuntiari, solam autem illam eleuari, super quam accentus acutus collocatur. Quam signat apex ille, quem quælibet syllaba in quavis dictione super se habet. Vbi vero diphthongus aliqua in dictione est, signatur hac figura [˘] simili figuræ illi quam græci tribuunt accentui circumflexo, qua duas vocales in vnam syllabam cogi denotetur, vt Cæuacus, de quo vide vndecimam regulam orthographiæ, vbi de diphthongis agitur.

¶ Præterea notandum est, quod superius diximus, nullam dictionem vnico accentu acuto carere, non habere locum in coniunctionibus, aut præpositionibus, quæ cū suis locis collocantur, eas nullo accentu acuto proferimus, sed eo tenore ac si vnicam dictionem constituent cum eadem dictione cui adiunctæ sunt, vt si dicamus per signum, ad te, apud vós, &c. vbi illæ præpositiones. per. ad. apud. Per ac si vnam dictionem constituat cum signum, ita vt supra primam syllabam eiusdem dictionis signum, scilicet accentum acutum collocemus, nulla habita ratione præpositionis per. In secundo scilicet ad te, super te. In tertio scilicet apud vós, ita vt simili tenore, æquali, & graui omnes illas syllabas proferamus præter vltimam videlicet te vos, vbi pauisabitur spiritus, & accentus acutus collocabitur. Similiter in hoc complexo, tametsi videmus, vnicum tantum accentum acutum agnoscimus super syllaba de.

Dicitur

¶ Dicitur in prædicta exceptione de præpositionibus, quæ in suis locis collocantur, quod intelliges, quando suis apponuntur casibus, vt in supradictis exemplis patuit. Si tamen contra suam naturam præpositiones postponantur, obseruanda erit accentus acuti regula, vt in cæteris.

Quod si in compositione præpositiones dentur vt in deamo, dénego, inuoco, super præpositio nibus collocandus accentus est, dummodo penultima totius compositi breuis sit, & præpositiones in antepenultima inueniantur, vt inæ tueri licet in exemplis proxime positis.

¶ His prælibatis, reliquum est lectorem admonere, varie sentire autores circa quarundam dictionum accentum, quas in præsentis tractatu posuimus, secutumque me (vt existimo) veriore opinionem probatissimorum virorû approbatam. Quintiliani videlicet, Probi, Seruij, Vallæ, Nestoris, atque aliorum denique doctissimorum, quas quidem dictiones eiusmodi figura * subindicauimus, earumque rationem, & prædictorum autorum probationes, in promptuarium reiecimus. Haud mireris igitur candide lector insolita eiusmodi traditione vulgo, literatorum incognita, nec eo ducaris, vt veritati prauam consuetudinem præualere iudices, neue credas hoc inuentum esse aliquod nouum, quod tradimus, quin potius, id hac in re nos tradere, quod ab antiquis autoribus, & eisdem grauissimis obseruatum est, & a neotericis, seu iunioribus laudatam nimis, ob idque receptam illam veterum consuetudinem. Magna tamê hominum incuria, vel longo temporis curariculo obliteratedam. Quod si quispiam velit nobis super hoc facessere negocium, causeturque aduersus communem ecclesiæ cõsuetudinem me hunc laborem sumpsisse, ex grauissimorum autorum non contemnenda autoritate conuinci poterit, hoc nostrû opus potius esse aduersus falsam opinionem grammatarum ac vulgi prauam (vt liquet) consuetudinem iam pro lege receptam, quam aduersus ec
clesiasticas

Ad accentum.

elestiaslicas tradiciones, vel rectam Latinorum consuetudinem Verum si pergat quis imperitum sequi placitum, in hac parte nihil aliud fecero, quam cum infirmo fit, de cuius salute desperatur: cibos & salubres & noxios ei præponere, vt quos maluerit, vel prudens vel imprudens deligat, præmonendo tamen salubriores, cum igitur in his dictionibus adamántinus, agónia. &c. inuenies signari accentum in antep. intellige vulgi grammaticistas, latinæque linguæ imperitos accentum ponere in penult. E contrario vero si accentum inueneris in penultima signatum, vt in sequentibus exemplis idólum. iacóbus. fatánas. &c. præter dictiones quas simul positas inuenies in dictione alias, quæ secundum Priscianum atque Tortellium, eorúque æmulatores, quos in hac parte vulgus sequitur acuendo finalem. sicut dictiones etiam quæ in on finiuntur, vt Salomon. Et licet tales dictiones suo ordine in promptuario sint positæ. Personas tamen verborum quæ in rimus, vel ritis desinunt in cumento inuenies verborum, quod immediate post promptuarium ponitur. Nomina vero in ias desinentia, vt Elias. E fáias in dictione Anánias.

Vocatiuos quos abscissos vocant, vt Virgili, Ouidi in dictione Astasi. In dictionibus vero, quæ signo illo * carent, omnes grammatici concordant, nec alia indigent probatione, cum super illarum accétu idē omnes fere sentiant. Quod si quispiam a communi illorū opinione descuerit, insipientiam tantum suam pro autore habebit. Denique quod hætenus scriptum est de latinis dictionibus intelligi non opus est admotione, vel de his quæ latina declinatione variantur.

De dictionibus vero Græcis quibus ecclesia scilicet vtitur in diuinis præcibus, & officio, quantum ad earum attinet accentum, quo videlicet pacto proferri

ferri debeant, tam de his quæ per omnes casus græca inflexione variantur, quam de illis quæ omnes casus habent cū declinatione latina inuenies in dictione Acheron.

In dictionibus barbaris quæ non variantur, declinatione latina, vel græca accentum in vltima collocabis. vt in Iacób. Adám sathán, præterquam in dictionibus quæ immediate sequuntur promptuarium, in quibus prout ibi dicitur accentum assignabis secundum hæbraicæ linguæ veritatem. Autore Aelio Antonio Nebrissen. Verum si huiusmodi nomina latine inflectantur, accentus erit in eodem loco, in quo erat ante inflexionem eodem Nebriff. autore. Vide Elezárus in promptuario.

Sed ne tibi, vel in minimis vlla dubitandi occasio relinquantur (optime lector) aduerte quod litera g. aut ge inter duo puncta genitiuum designat, & quod de illo circa accentum dicitur de reliquis etiam casibus eiusdem nominis æquales syllabas habentibus cum genitiuo, intelligendum est, vt genitiuo arietis, sic arieti, arietem, ariete, arietes, arietum, cum sint æquisyllabici cum suo genitiuo: habebunt igitur accentum in antep. quemadmodum genitiuus arietis: & si genitiuus accentum habuerit in penultima vt. g. nepótis, sic & casus eiusdem æquisyllabi nepoti, nepotem. nepote. nepotum.

Item quando nominatiuus acuit penultim. genitiuus vero cum suis complicibus antepenultimam. sequentes abbreviationes offendet, sed cor. g. id est corripit genitiuum. E contrario quando nominatiuus habet accentum in antepenultima, & genitiuus in penultima, inuenies has, sed pro. ge. id est, sed producitur genitiuus Nonnunquã omissio nominatiuo quia nullam habet in accentu difficultatem. Ponitur. g. Abræ. g. cúspidis. g. arietis, hoc est, genitiuus. &c. Quod in nominibus, vel verbis dicitur, hoc idem de omnibus vocibus æquisyllabis intelligetur.

Simili

Annotatio tumultuaria.

¶ Similiter quia perquam longum erat omnia verborum tempora ponere, quæ in accentu difficultatem præ se ferant, verborum cremētum promptuario adiecimus pro appendice. Cumque ad cremenū verborum notitiam, prænotici debeant singulatim ipsorum verborum coniugationes, eæ sic distinguuntur. as. es. is. is. q. adiuncta. Quæ quidem terminationes ostendunt secundam præsentis indicatiui personam. As notat verbum præcedens esse primæ coniugationis, vt adamo. as. Es secundæ, vt admonco. es. Is tertiæ, vt redimo. is. Is q. quartæ, vt esurio. is. Aduertendum tamen est, quoties in promptuario legitur in verbis acuit penul. vel antepenultimã semper intelligi in prædicta persona cum æquisyllabiscis, dempto aliquando præterito indicatiui, hoc est quando præteriti penult. non manet in eadē quantitate secundæ personæ presentis, vt perle gis antepenultimã acuit: at vero perlégi præteriti penulti. Nam si præsentis temporis esset infinitiui antep. acueret, hoc enim dicitur notanter propter omnia verba tam secundæ, quam quartæ coniugationis: & propter verba tertiæ definitia in io. quæ omnia semper acuunt antepenultim. cum semper eiusdem personæ penultima necessario breuis fit, licet in prædicta persona aliter fiat, & sic optime quælibet cuiusuis verbi coniugatio cognoscitur. Nam. æ. .i. is us, ei. vbi ponuntur ostendunt nominis declinationem, vt abbathia, æ. abacus. i. Ex præmissis hæc, quamlibet minutissima, ne latinæ linguæ ignari in aliquo ex his quæ in hoc opere posita sunt, cespitare possint.

¶ Literæ autem quæ in margine promptuarij scriptæ sunt, ad hoc deseruiunt: vt facilius dictio inueniatur, quæ quærimus. Quæ vero in bibliæ. breuiarijue, &c. proderunt ad noscendum quando. i. vel. u. consonantium vel vocaliū officio funguntur, & ad concinnandas & coniungendas vel semouendas optime dictionum syllabas, vt æquum habet quum e regione, notandum totum illud quum vnam efficere

efficere syllabam. Etenim habet, et. vt diuidatur ab enim, proferendo et enim, non etenim: hoc idem intellige de aliis in margine positis, ob id, leges duodecimam orthographiæ regulam. Quâdo inueneris & similia: intellige idē iudicandum de similibus, quod de ipso principali, & primo posito, quanuis vltima varietur, modo eadem penultimæ maneat quantitas. Item quod dicitur de docueram, intellige & de habueram. Dum bibliam legeris, vel librū ex ea allegaueris: pones librum in genitiuo, Vt Gēnesis, Exodi. &c, quando incipis capitulum, primum capitulū &c. Postquam inceperis, primo capitulo. &c. Denique aliquando inuenies, at, vero, siquidem, & tūc quælibet pars habet suum accentum vt paulo minus. Verum quâdo vnâ efficiunt dictionem, tunc vnico accentu sunt proferendæ. vt paulominus, si quidē. Quando vero sunt duæ dictiones aut vna, facilè dignoscitur, nisi excussorū ignauia male impressus liber venerit in manus. Nosse quando impressione fit error, necne? hoc latinæ linguæ peritis solummodo concessum est, quanuis ob id nulli omittendū est, terque quaterque prouidere publice legēda, audiente huius rei aliquo experto, aut in cubili suo, aut in alio secreto loco, vbi secretè legeris: palam aliorum auribus sic perlecta integrū erit, accommodare.

Accipe igitur candide lector eo, quo tibi exhibetur animo hoc opusculum, merito copiam accētuum dictum, quo scire possis citra vllum laborem, vbi accentum habeant omnia fere vocabula, quæ, ea est, vt sperem, eruditis placituram, ignaris profuturam, omnibus denique satisfacturam. Vale.

B

Informacion para los que

ninguno de vosotros que no saben latin.



dicion.

Considerando que no pequeña parte de los que se ocupan en rezar el officio diuino, carecen en algo, o en todo de la lengua latina, como son algunas monjas, y sacristanes, y algunos ecclesiasticos, pareció me ser necesario dezirles en Castellano como podran entender esta obra de accentos, para que assi se aproueché della, como si por muchos tiépos en las reglas grammaticales se vudiesen exercitado. Es de saber que toda dicion latina ha de tener en vna sola sylaba accento que llaman agudo, y es porque aquella sylaba leuantan mas que las otras: y esta ha de ser penultima, o antepenultima, y no antes ni despues. Vamos particularmente declarando esta regla: dición, o palabra es lo mesmo. vnde Dixit dominus dño meo, tiene quatro diciones, o palabras. Dize latina, porque si es griega, o barbara no es siempre assi, como abaxo se dira. Dize en vna sylaba agudo, porque las remanentes por muchas sylabas, que tenga qualquier dicion, ternan accento graue, como Hierosolymitans, sola la penultima tiene aguda: ni por pocas que tenga, vna sylaba carescera del tal accento, como sum, mé, ámo, músa. De lo dicho se conuencen algunos errores: el vno es, de los que pronuncian todas las sylabas vniformemente: no leuantando, o alçando mas la penultima, o antepenultima, que las otras sylabas. El segundo es, de los que hazen dos accentos agudos en vna dicion. El tercero es de los que las diciones de vna sylaba pronuncian floxas sin vigor, y para que esto mejor se entienda, notarás que cada dicion tiene tantas vocales sylabas, quantas vocales tuuiere, no interueniendo diphthatas si l tongos: donde id, mens, frons, ferobs, son diciones de vna sylaba, porque cada vna tiene vna sola vocal: y por la mesma razon, amo, lego, trado, transfert, de dos sylabas

bas: Alea, imago dominus, de tres. Y toda la syllaba tenga muchas consonantes, o pocas, se nombra de la vocal. Y como la a. e. i. o. u. son vocales, y todas las otras letras del a. b. c. son consonantes, hallarlo has en fin desta obra en la segunda y tercera regla de la orthographia. Pues segun esto lo que llaman partes los que aprenden a leer, quando dicen que juntan las partes, llaman los latinos syllaba, y la dicion de vna syllaba llaman monosyllaba, y a la de dos dissyllaba, y a la de tres, o quatro, o cinco. &c. polysyllaba. Pues si la dicion fuere monosyllaba, pronunciar se ha aguda, como mé, súm, nóu. Lo qual se deue mucho de mirar mayormente quando la razon, o pausa se acaba en ellas, como dominus dixit ad mé. Ego súm, & dixit. non. Item si la dicion es dissyllaba como ámo, lego. la primera syllaba leuátaremos en alto, y la postrera abaxaremos. ¶ Por que si cada dicion ha de tener accento agudo, esto es vna syllaba subida en alto en la pronunciacion, y no la postrera siendo de dos syllabas, forçado es que sea la primera. Pues segun esto toda la dificultad esta en las diciones polysyllabas. Pues si la dicion fuere polysyllaba, terna el accento en penultima: como amábam, amauerámus, o en la antepenultima como dóminus. Antónius, y no en la vltima, ni en las que estan antes de la antepenultima. La primera syllaba de las tres postreras se llama antepenultima. y la que esta entre la antepenultima y la vltima se llama penultima, y la postrera se llama vltima: assi en dominus, do es aÑpe. . mi. penult. nus. vltima. En Hierosolymitanus. mi. es antepenult. ta. penult. nus vltima. y para las tales diciones polysyllabas principalmente fue menester toda esta obra, porque sin saber la cantidad de las syllabas, no se puede de otra manera mostrar. Y quando las tales diciones polysyllabas tengan el accento agudo en la penult. o en la antepe. Pues de lo dicho se puede colegir, que todas las syllabas que estan antes o despues de la syllaba adonde esta

Que cosa es syllaba.
 Monosyllaba.
 Dissyllaba.
 Polissyllaba.

AÑpe.
 Penult.
 Vltima

Informacion para los que

el accento agudo, se han de pronúciar vniformiter vniformes, ygualmente. y sola la que tuuiere el accéto agudo, se ha de alçar o subir vn poco mas que las otras, segun que en sus propios lugares le dira. Y esto mesmo señala el rasguito que tiene cierta sylaba de cada dición sobre si, y quando alguna sylaba tiene diphtongo esta vn rasguito semejante que comprehende dos vocales en vna sylaba como cáu casus. Veras la onzena regla de Orthographia a donde se trata de los diphtongos.

Tres acc^{tos}
centos.

Dezir como de tres accentos que ay cōuiene a saber circunflexo, agudo, y graue: como el circunflexo se perdio, y quel graue rige todas las sylabas, saluo la que esta ocupada del accento agudo, y que el agudo es del que aqui hablamos, mas seria ofuscar los ingenios de los que poco saben, que alumbrarlos, pues les basta saber que cosa es accéto agudo, y como se ha de hazer, y en que sylabas como ya se ha dicho. Allende desto notarás que lo que se dixo arriba, que ninguna dición carescia de accento agudo, no se entiende de las coniunciones ni de las preposiciones puestas en sus lugares, a las quales no damos accento agudo, mas assi las pronunciamos, como si fuesen vna cosa cō la parte a quien se ayuntan, como diziendo: per signum, ad te. & apud vos, Per, ad, apud. se han de pronunciar el per como si fuera vna parte con el signum, y daras el accéto agudo al si, de signum, sin hazer cuenta del per, y en ad te sobrel té: y en apud vos sobrel vos solamente, y assi en apud vos no pararas hasta el vos. Deus a quó, sobre el quo Tametsi videmus sobre el dé. Dixe que ni las preposiciones puestas en sus lugares, esto es quando son antes puestas a sus casos como en los exemplos ya dichos: mas si contra su natura fueren pospuestas, guardaran sus accentos como en las otras diciones, como te própter, te pēnes, trástra pér. en estos lugares propter, penes, per, tendran el accento agudo conforme a lo que se dixo de las diciones de
dos

Las con
iuncio
nes y p
positio
nes care
cé de ac
cento a
gudo.

dos syllabas, y de vna. Mas si las preposiciones estuuieren en composicion como en réamo, déamo, dénego. &c. Sobrellas haremos el accento agudo quando fuere la penultima dela parte con quien se componen breue, y ellas estan en antepenul. como en los exemplos ya dichos. Esto sabido resta me de te auisar como ay muchas diciones acerca del accento, de las quales ay diuersos pareceres y opiniones de Gramaticos: y yo aquella opinion segui, q me parece mas verdadera y de mas solennes autores, como son Quintiliano, Probo, Seruio, Valla, Nestor, Placentino, nuestro Lebrixa, Despauterio, Badio, y otros muy doctos, en las quales diciones puse esta señal *. Y guarde para el promptuario la razon y prueua de los antedichos autores. Pues no te maravilles ni turbes con la nouedad de los tales accentos no acostumbrados de los vulgares ni creas contra la verdad tener fuerza la costumbre, ni piéses fer agora de nuevo inuentados estos accentos: mas antes son los que los antiguos doctos tuuieron, los quales por discurso de tiempo fueron corrompidos, ni apellidos fer contra la costumbre de la yglesia, porque no es sino contra la falsa opinion introduzida de algunos no sabios gramaticos tenuta ya por ley de muchos. Mas si toda via quieres seguir su parecer no puedo hazer sino como con enfermo desafiuzado, dexarte he comer de todo, y dezir te he lo vno, y lo otro. Pues quando estas diciones hallares: q dize el accento en la antepe. como * adamantinus * agonia. &c. Entiende tu que la vulgar opinion haze el accento en las tales diciones en la penultima. Y por el contrario si hallares que dize el accento en la penultima como Idólu, Iacobus. Satánas. Erémus, entenderas que la opinion vulgar haze el accento en aquellas diciones en la antepenultima. Saluo en las diciones que hallaras copiladas en la dicion Alias. en el promptuario segun Prisciano y Tertulio, a los quales sigue el vulgo poniendo el accento en la

Informacion para los que

ultima. y los acabados en on como Salomon, y dado q̄ las tales diciones van por su orden en el promptuario. Mas las personas de los verbos acabados en rimus, y en ritis, hallaras las en el cremento del verbo, y los nombres acabados en. ias. como Hieremias, E saías, hallar los has en la dicion Ananias, y los vocatiuos abscisos como Virgili Ouidi, en la dicion Astasi. Mas en las diciones que no tienen ante si esta señal * todos los grammaticos conciertan y no es menester para ellas otra prueua, mas de lo que todos afirman, assi como alli se dize, y el que de otra manera dixere sola su insipientia tendra por autor. Lo dicho hasta aqui se entiende de las diciones latinas, o que se declinan por la declinacion latina.

¶ De las diciones griegas quanto toca a los accentos ecclesiasticos aqui en esta obra se hallaran como se han de pronunciar: assi de las que se declinan del todo griegas, como de las que tienen casos comunes con los latinos, vee la dicion Acheron.

En las diciones barbaras que no se declinan por la declinacion latina, siempre haras el accento en la vltima como Iacob, Satan, Isaac. Saluo en las que hallaras inmediatamente despues del promptuario: que haras el accento a do alli se te dize, segun la verdad de la lengua hebraica, segun Lebrixa lo afirma. Mas si los tales nombres se declinan por la declinacion latina, como Iacobus Satanas, tendran el accento en la mesma sylaba que estaua en su propria lengua vee lo en la dicion Eleazarus.

Y porque no ayas ocasion de tropeçar aun en las cosas pequenas, notaras que vna. g. entre dos puntos quiere decir genitiuo: y lo que se dize del, se entiende de todos los otros casos de aquel mesmo nombre que tienen yguales syllabas con el tal genitiuo, como arietis, arieti, arietem, ariete, arietes, arietum: porque todos son de yguales syllabas con el genitiuo arietis tendran el accento en la antepenultima

ma

ma: porque assi la tiene el genitiuo, y porel contrario si tuuiere el genitiuo el accento en la penultima, como genitiuo nepótis, que diras lo mismo en nepóti, nepótem, nepote, nepotes, nepotum.

Item quando el nominatiuo tiene el accento en la penultima, y el genitiuo y sus compañeros en la antepenultima hallaras: sed, cor, g. esto es, sed corripit genitiuum. Y por el contrario, quando el nominatiuo tiene el accéto en la antepenultima, y el genitiuo en la penultima, hallaras, sed producit. g. esto es producit genitiuum. Otras vezes por no auer dificultad en el nominatiuo se pone el genitiuo solamente como Abraz. g. cuspidis. g. arietis. genitiuo. Assi mesmo porque fuera nunca acabar poner todos los tiempos de los verbos que tienen dificultad en el accento puso se el cumento del verbo en fin del promptuario: y porque para esto es menester conocer la coniugacion del verbo.

Es de considerar que a los verbos de la quarta coniugacion se pone. q. entre dos pñtos, la qual da a entender que el tal verbo es de la dicha coniugacion. Y los de la tercera se conocen teniendo la segunda persona del indicatiuo en is. solamente, en especial no acabando la primera persona en io. como Redimo. is. Los de la primera por la .as. que tienen, como, emano. as. Los de la segunda por la .es. como, aboleo. es. estan muy conosciados.

La. x. i. is. us. ei. siempre dan a entender la declinación como Abbathia. x. abacus. i. &c. esto es abbathia, abaci.

H Expresso se esto aqui, porque los que no saben latin no duden en estas menudencias, los quales assi mismo noten, que lo que se dize de los verbos acabados en dos vocales como aduenio. is. in antepenultima. abhorreo, es. in penultima se entiende de la segunda persona, y de las personas yguales en sylaba a ella, salvo en preterito, que algunas vezes no tiene el accento que la segunda persona, por

Informacion para los que

que la primera persona por las dos vocales esta claro que tiene el accento en la antepenultima siempre.

¶ Las letras que estan en la margé del promptuario sirven solamente para hallar mas ligeramente la dicion que buscaremos, y las que estan en la margen de la biblia, o breuiario. &c. sirven para saber quando la .i. y la .v. son consonantes, o vocales, y para saber sylabar ciertas sylabas, como æquum, tiene quum en la margen para mostrar que es vna sylaba sola. E tenim tiene. et. en la margé porque la pronuncies por si, y cortes, et, enim, y no etenim. y assi de otras sylabas que está puestas en la margen: y para esto lees las la duodecima regla de la orthographia.

¶ Quando hallares & familia, esto es y assi los semejantes, lo qual se dize quando se offrescê en aquella lecion muchas personas de vn mesmo tiempo como custodierit, docueris, præterierint, todas estas son semejantes quanto al accento. Y assi audieram, occubueras, præbuerant. Porque todas son de vn mesmo tiempo, y tienen vna mesma cantidad en la pen. aunque se acaben en diuersas terminaciones, lo qual acaesce a los casos que son yguales al genitiuo, como arriba se dixo, y quando debaxo de in pen. esto es, de en penultima, o de in antep. esto es de in antepenultima, hallares muchas diciones por todas se entiende in penultima, o in antepenultima. Como eligam, duodecim, vélutititant, audierit, & familia. circundabis * tipsanas, * mulieres, ó masa in antepenul. conclaue, affliget, caligo in pen.

¶ Quando leyeres en la biblia, o la acotares por nas el nõbre del libro en genitiuo, como Genesis. Exodi. Leuitici. &c. segun en sus propios lugares en esta obra los hallares: y quando comienças el capitulo, diras primum capitulum. Secundum capitulum. &c. mas si estuuiere comenzado, y lo acotares: diras, primo capitulo. secundo capitulo. &c. Algunas vezes hallaras. at vero. si quidem. dos partes. y assi, si quo modo. si quo minus. paulo minus. multo magis

gis. pró dólór. Y entonces cada parte terna su accentó por sí: mas quando siquidē, paulominus, y así de las otras, son vna parte, ternan vn solo accentó, y podras lo conóscer (saluo sino estuuiere escripto viciosamente) si estan las tales dos diciones juntas, o apartadas. si esta mal escripto, solo los que son Grammaticos lo pueden discernir, aunque no por esto deues de dexar de proueer tres vezes lo que huieres de leer publicamente deláte de alguno, que desta materia sepa: y despues q̄ así lo huieres proueydo podras leerlo en publico.

Si tu breuiario, o missal no fuere conforme al Romano que yo aqui figo, busca en el promptuario las diciones de que tienes duda.

Toma con la voluntad que se te da, o lector esta obra llamada justamente copia de accētos, para que sin trabajo puedas saber adonde tienen el accentó casi todos los vocablos: pienso que sera tal, que qualquiera por curioso que sea, en breue della se aprouechara.

Ioannis Robles præfatio cur iterum ac tertio opuscula fratris Francisci

Robles imprimi fecerit, ad lectorem.



VLTA cohortantur imo cogunt me (candidissime lector) vt rursus chalcographorum industriæ hæc germani charissimi opuscula mādarem, scribentis animus, sparsus libellus vndique mēdis: qui (quoties voluo) mihi suc-

clamare videtur: siquidem a suo autore corrigi non valet, vtpote qui à nobis discesserit, ipse expurgem, obtestans aliquid addam, quo hilarior prodeat. Quod vix ille cum apud nos maneret, extorquere precibus potuit, solo nuntia hic impetrauit libellus. Tum Ambrosij Calepini viri de ferō

Præfatio.

de sermone Latino sat bene meriti, vnde cunque doctissimi lexicon: nescio cuius vitio a deo spurcatum, vt alius opera potius quam nostra egeret: præsertim hac in re de qua hic agendum est. Cuius tanta merito est autoritas apud linguæ latinæ candidatos, vt etiam ipsos huius rei præceptores in varios impegerit errores, re minime excogitata, vt decuit: vbi passim pro penultima correpta, penultima producta legitur. rursus pro penultima producta correptam inuenies contra sententiam tanti autoris, quod quidem facillime in aliquibus locis luce clarius ostendemus. Nam si in omnibus demorandum paululum nobis esset: grande opus pro enchiridio surgeret.

¶ In dictionibus Hebraicis solum Ælium Antonium Nebrissensem trilinguis literaturæ doctissimum secuti sumus, & apices bibliae Lugduni excussæ anno. 1545. sub insigni Salamandræ.

¶ In græcis & latinis Fabium Quintilianum scribentiũ diligentissimum, atque eundem Antonium hispaniarum decus clarissimum, & eiusdem Quintiliani & phrasim, & doctrinæ (sine inuidia) maxime æmulum, & alios complures: sed præcipue Ioannem Despauterium Niniuitam (nolo quenquam sua laude defraudari) qui admodum studiose hoc quantitatis negocium, ac proinde accentus prosequutus est: in nullius tamẽ verba iuravi. Veriorem semper pro meo iudicio licet minimo, sequar opinionem. taceo quanto studio, tum ab amicis, tum ab alienis efflagitatus hanc sumpsi opellam. vtinam alicui profit: nostra (si aliqua fuit) in hac causa solertia, si minus nostram accipe mentem: quæ ea semper fuit pro virili cuiuslibet prodesse: si possem.

Exhorts



Res multo aliter euenire, atque suspicamur, saepe videmus, quod plane his opusculis perspicuum est. Existimabamus emolumento, vsuique fore rei literariæ imperitis, ac rudibus: inuentum est istis duntaxat nauseam commouisse, bilimque irritasse suo memotreto, vel id genus authoribus, contentis: peritioribus vero, & eruditioribus placitum, quis crederet? libellum de rebus vsque adeo minimis pertractatè, puta de apicibus, vel ad summum de literis, vel syllabis putabat se edituis, & virginibus vestalibus, & quibusdam magis religiosis, quam grammaticis hæc ædidisse, operamque nauasse, ah spe sua quam frustratus est, cum istorum obesis, batauisque auribus nihil æque concine, atque dulciter, quam opica immodulataque verba, sonet: quibus sane conuiere vitium, & adhuc turpe cum sit. Valeant cum suo memotreto, vtinam istorum omnia memotretum saperent. Siquidem illius lucubræ ciunculis ad sacra literarum initiati, musarumque cultores ab indoctis despectis, vtuntur. Hi sunt qui accipiunt, & in ipsis suspiciunt authoris sedulitatem: & quasi præciosa Xeniola amicis laudant, atque donant: & cum iam desint instant obnixæ, iterum atque iterum cudantur quid facerent (obsecro) Si nullibi castigatione opus esset: maculas (quæ sese oculis nostris obtulerunt) deleuimus: & multa ad illius opinionem redegimus, quæ nimis deprauata erant vnum tantum afferam exemplum in orthographia ipsius sic legitur finalmente (composuit illam vernaculo sermone, hoc est, hispano) que ay algunos que en diez renglones hazen mas mutanças, que vn cantante en el canto. Y que hæbreo quando esta de gana: hæc ibi, quæ cū ego legissem credebam aliquam fabulam latere in hebræo. Tandem ille rogatus à me, quid sibi velit illud de hæbreo? risit iupra modum, & respondit, se non hæbreo, sed hebrero scripsisse intelligens de mēse februario. Et huiusmodi sunt alia, quæ

nemo

De accentu.

nemo vix, aut difficulter diuinare posset, nisi ipse mentem suam explicuisset. Quando principibus placuisse viris non vltima laus est. Accingamur ergo rei vsque adeo fructiferæ, aliqua tamen de accentu prælibantes. Et aliqua etiam præmonentes antequam ad additiones descédamus.

DE ACCENTU.

Accentus est tonus, siue tenor quo syllaba eleuatur, vel quo deprimitur, vel quo partim eleuatur, partim deprimitur. Primus acutus, Secundus grauis, Tertius circumflexus dicitur. Quem in præsentia sub acuto confundimus. Circumflexus semper est in syllaba longa natura, vnde omnis dictio monosyllaba natura longa, circumflectenda erat. in alijs vero dictionibus in penultima longa natura sequenti vltima breui, alias vero semper acutus est. Cum accentum dicimus absolute, acutum intelligimus, cuius quidem ratio apud latinos (Quintiliano authore) & si breuissima sit, non parum tamen difficultatis affert hac tempestate, præsertim in literis sacris, vbi plurima nomina peregrina immiscentur, quorum accentus ex suo idiomate querendus est, si declinatione latina non inflectantur. Si vero declinandi formam latinam induerint, latino accentu moderabimur. Sunt etiam complures dictiones græcicæ græca inflexione vsurpatae, quæ quidem græco accentu sunt proferendæ. Præterea in quibusdam oculis liquido latinis inter grauisimos autores grauisimè discrepatur. vt in vna, porro, fere, ferme, pene, sane, plane, aduerbijs & id genus alijs. Sunt qui discriminis gratia acuant finale hac eadem ratione in alias, profecto, &c. aduerbia dum sunt. Sunt qui idem asserant in donec, adhuc, reduc, & in multis desinentibus in. c. vt isthac, illac, edduc, reduc, prædic.

In vocatiuis secundæ declinationis in. i. desinentibus
nomina

nominum priorum, ut Grégori, Ambrosi, Virgili, Ouidi, quis est, qui penultimam non acuat? quanuis breuis sit, quam recte, ipsi viderint. Multa mitto de quibus fat dictum est, tam ab Antonio Nebris, quam in hoc promptuario. Adde in polysyllabis, quarum penultima longa an breuis sit, multoties non conuenit inter illos, vt in torcular, theatrum, lauacrum, simulachrum, candelabrum, volutabrum, delubrum, aratrum, & id genus innumeris.

Insuper vbi ignorantia prorsus peccatur, omninoque penultimæ quantitas nescitur. imo quid sit penultima ignoratur: præcipue si neq; prima grammaticæ didicerunt rudimenta. Omnibus his igitur subueniendum fuit, cum non semper ad manum viui, & vocales præceptores habeantur, quos consulere valeant de hac re, tunc enim istorum error tolerandus, si consulti essent (inquam) in grammatica eruditi. Honestus nanque error est (ait Quintilianus) magnos duces sequentibus, id cautum est his breuissimis opusculis, in altero raptim discurritur per totam bibliam & breuiarium romanum. &c. In altero proceditur ordine alphabeti: quod quidem non solum ad sacram paginam facit verum etiam ad recte legendos omnes libros, cuiusq; professionis sint: & ad splendorem sermonis latij: in vtroque omnes fere partes continentur, de quibus minima quauis dubietas suboriri poterat in cuiuscunq; dictionis accentu, apicibus tollitur, admonendo in qua syllaba accentus collocetur. Vt si forte in altero fuerit in eudendo lapsus, vel in scribendo, in altero sit correctio, vbi vtrunque vtrique non consonuerit. Præposuimus tamen promptuarium copiae accentuum, quippe quod magis vniuersale, ac proinde magis necessarium. Simplicissimes agitur, quia præsertim ignaris artis grammaticæ hic prospicitur, adeo vt nullus fuerit (si aliqua via facili hoc negocium doceri potest, nulla faciliore) qui ad sacra præcipue legendum non satis ac satis adiuuetur, modo obtusas nõgerataures. Hoc fuit intentum.

Exhortatio.

